

69
LECTIONES AESTIVAS
IN ALMA LVDOVICIANA

FAVENTE DEO SVSCIPIENDAS

RECTOR

D. IO. CASIMIR.

HERTIVS

P. P. O.

TOTVSQVE SENATVS

INDICIT

CIVES GENEROSOS AC NOBILISSIMOS

AD EAS DILIGENTER AVDIENDAS

PERAMANTER INVITANS

D. XXX. MART. M DCC XLIV.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI

GISSAE,

TYPIS E. H. LAMMERS, ACAD. TYP.



In Facultate Theologica

D. IO. GEO. LIEBKNECHT,

*Theol. Prof. Publ. Ord. Superintendens, Consistorialis
& b. t. Decanus.*

Hor. XI - XII. absoluto *Theologiae positivae* Collegio, *examen*, & vt singula firmitus haereant, *uberiorem disquisitionem* addet publice, nec non *controuersias*, quae nostrates inter & Pontificis vigent, hora peculiari exponet, vna cum resolutione fontium. Etiam ex nonnullorum desiderio *Chronotaxin Biblicam*, & integram V. T. *Historiam Eccles.* volente Deo recipiet.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

*Prof. Publ. Ordinarius; Consist. Eccles. Assessor., atque
Districtus Alsfeld. Superint.*

Lectiones publicas, easque polemicas, in b.) FECHTIE *Syllogen controuersiarum*, superiore semestri coeptas, hora IX. continuabit, illisque alternis vicibus *biblicas*, in Theologi βιβλικωτάτα, CASP. HERM. SANDHAGENII, *Introductionem in harmoniam Evangelistarum*, adiunget. *Exercitium quoque disputatorium* in dictam Syllogen diebus Mercurii & Jovis hora IV. pom. persequetur. *Privatim* in lectionibus *dogmaticis* in BAIERUM, ad tertiam usque partem hactenus deductis, perget, easque hoc ipso, quod ingredimur, semestri bono cum Deo, ad finem perducere studebit.

IO. HERMAN. BENNER, P. P.

Publice, vel *theologiam naturalem*, vel *exegetin* libri cuiusdam sacri; *priuatum*, *dogmaticam*, dataque facultate, alias sanctioris doctrinae partes, fideliter exponet. Singulis mensibus singulas disputationes publicas offert.

D. ERN. FRID. NEUBAVER,

S. Theol. Prof. Publ. Ordin. Stipendiatorum Principal.

Ephorus & Definitor.

DE publicis praelectionibus in *Prophetas minores* infra vberius edisseret. Priuatum *theologiam* praecipiet *dogmaticam*, annuo spatio, Deo dante, praeeunte BAI-ERO, absoluendam; vbi cuncta ad praxin fidei & vitae christianae transferre numquam omittet. Quumque non in Hassiae solum nostrae, sed & vniuersi fere euangelici orbis scholis doceri soleant b. nostri CONR. DIETERICI *institutiones catecheticae*: animus est, ad magni cuiusdam Hassiaci theologi desiderium, praecelsum illum & tantum non pro symbolico a multis habitum librum subinde conferre, ne putent nostri, in futuram obliuionem memoriae olim mandatum fuisse librum, potiora sanctioris doctrinae capita & controuersias complexum. De cetero pro muneris sui ratione id ante omnia dabit operam, vt, vi legum Principalium, *studiorum*, rationem ordinemque fidei suae conceditis *alumnis Hassiacis* praescribat, *mores* eorum formet, *conuersiones* hor. VI. matutina diebus dominicis recitandas diligenter audiat emendetque, & denique, quia timor Domini initium est sapientiae, *preces* eorum publicas, consueta praescriptaque. *methodo* habendas, sedulo moderetur. Adsit Deus sua gratia docenti & discipulis!

In Facultate Iuridica

Dr. IO. FRIED. KAYSER,

*In Regim. & Consistorio Ecclesiastico Director, Iur. Prof.
Publ. Ord. & Prim. nec non rerum in Alma Lu-
doviciana Oeconomicarum Inspector.*

QUantum per labores Regiminis & Consistorii Ec-
clesiastici licebit, Dn. Dn. Commilitonum studia
pro virili sua parte promouere non desistet; inprimis
vero Collegiis priuatissimis, vbi desiderabuntur, & ex-
ercitiis disputatoriis pro cathedra operam suam im-
pendet.

**D. HENRIC. CHRISTIANVS
SENCKENBERG. P.P.O.**

CUM a Serenissimo Clementissimoque Principe,
fortunarum suarum sedem Francofurtum trans-
ferendi potestas sibi facta fit, ope quidem consiliore
rebus Academicis, dum heic loco morabitur adesse
perget, sed cum iam iter meditetur, Collegiis praele-
gendis vacare haud poterit. Interim ea cuncta quae
fieri queunt, ab eo expectare licebit.

**D. FRANCISCVS IVSTVS
KORTHOLT, P.P.O.**

PUBLICe *historiam imperii R. G.* enarrabit. Priuatim
pandectas illustrabit ad ductum BOEHMERI. Ad-
det praeterea *ius publicum* praeunte MOSERO, aut
aliam iurisprudentiae partem, in qua enucleanda sua
desiderabitur industria,

() ()

71

IO. ERNESTVS HOEPPNER,

Pr. Iur. Extraord.

IN iure ciuili BOEHMERI Ius Digestorum & HEINECCII Institutiones ita explanabit, vt Iuris Romani & Germanici principia, differentias, fines atque vsum distincte eruat accommodatisque speciebus illustret. In iure criminali ad BOEHMERI iun. Elementa denuo commentabitur.

IO. CHRISTOPH BALSER,

I. V. L. Prof. Iur. Extraord. & Fac. Iurid. Assessor.

Lectiones iuris ciuilis ad compendium Lauterbachianum & b. Heineccii Elementa iuris secundum ordinem Institutionum b. c. D. instaurabit. Iuris Canonici interpretationes ad Libr. IV. productas, hoc semestri ad finem perducet. Iis denique, qui in aliis Iurisprudentiae partibus explicandis eius diligentiam prouocabunt, suam lubens promittit operam.

ST. S. WLOEMEN,

J. Dr. & Prof. extraordinarius.

Institutiones Justinianaeas proxime finitas de nouo ordietur, & praelectiones ad Schüzii Compendium iuris Lauterbachianum continuabit, nec non in aliis siue theoreticis siue practicis, ad nutum & arbitrium generosorum praenobilissimorumque Dn. Dn. Commilitonum se accommodabit.

In Facultate Medica

D. IO. CAS. HERTIVS, P. P. O.

Quamvis per rectoratus negotia licebit non deerit officio suo, rei potissimum herbariae operam daturus.

LVD. HENR. LEO HILCHEN,

Med. D. & P. O.

Absoluta Praxi generali, progredietur ad specialem annuo labore expediendam: in cursu vero vniuersae medicinae, quem superiori semestri coepit, sedulo perget. Publice in medicinam legalem b. TEICHMEYERI commentabitur.

**D. FRID. WILHELMVS
HENSING, P. P. O.**

Physiologiam ad ductum BOERHAVII publice explicabit. Priuatim medicinam legalem s. forenses tradet; nec iis, qui in aliis medicinae partibus manu-ductione opus habent defuturus.

In Facultate Philosophica

CHRIST. FR. AYRMANNVS,

Histor. Prof. & Bibliothecar.

Ex Historia vniuersali recentiora proponet tempora, postquam vetustiora nuper absoluit. Historiam quoque Imperii Romano-Germanici tradet, ductu STRVVIANAE Introductionis, nec ad alia praestanda imparatus.

IO. LYDOVICVS ALEFELD,

*Physices Prof. ordin. & Facult. Philosophicae
h. a. Decanus.*

A Moenissima naturae Tempe, quorum consideratio-
ne nunquam exsatiatur animus ingenuus, corporis
mentisque oculis iterum spectanda exhibebit, omnique
studio in id elaborabit, vt mirabilia Dei opera, in
mundo aspectabili obuia, penitus intelligant, qui du-
ctu suo stadium hoc ingredi voluerint. Ceteras praele-
ctiones philosophicas diligenter continuabit; nouasque,
vel priuatas, vel priuatissimas, si quidem vota quorum-
dam ita tulerint, lubens aperiet.

D. ERN. FRID. NEUBAVER,

*Antiqq. itemque Sacrae & Orientalis Philologiae
Prof. Publ. Ordin.*

Recitationibus publicis destinavit *Hoseam*, vna cum
insequentibus *Prophetis minoribus*, quousque sibi
progredi licuerit, ex fonte *ebraeo* exponendum illustran-
dumque. *Privatim* in collegio *Graeco* in noui foederis li-
bros ordine sequentem auream ad *Ebraeos*, &, quae e-
am excipiunt, epistolas interpretabitur, eadem, qua
adhuc consuevit, methodo pertractandas. Neque alie-
nus erit ab illorum proposito, qui *antiquitates ebraicas*,
aut *chaldaeam Syriacamque* linguam animo imbiberere sibi
proposuerunt.

CHRIST. LVD. GERSTEN,

P. P. & R. S. Lond. S.

Quod si per instans semestre in hac vrbe & officio per-
mansurus est, operam dabit, vt discentium com-
moda pro virili promoueat.

IO. ERNESTVS HOEPFNER,

Prof. Moral. Ord.

Publice ad HEINECCII Elementa Ethices flores sparget: priuatim Ius Naturae PUFFENDORFFIO duce tradet, B. quoque Cancell. HERTII Elementa Prudentiae ciuilibis dilucidabit, exemplisque ex Historia recentiori petitis illustrabit.

ERNESTVS THOM,

Eloquentiae & Poeseos Prof. Ordin.

MUnus ipsi mandatum adgrediens in praeceptis dicendi publice tradendis HEINECCIUM sequetur; priuatim, artem poeticam & odas selectas HORATII explicabit. Eloquentiae Studiosis praeterea in iis, quae requirent, nec opera nec studio deerit.

CHRISTIANVS FRID. MEIS,

I. V. & Philos. D. huiusque Prof. Extraord.

Publice ab hora XI. ad XII. Logices praecepta ad dulum JII. WOLFII tradet, priuatim Metaphysicae doctrinas explicabit, in reliquis lectionibus voluntati praestantissimorum Dn. Commilitonum sese accommodaturus.

PRaeter ista, generosis quoque ac nobilissimis ciuibus, de luculenta equitandi, pugnandi gladio, saltandique, xalaestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros earum artium peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.